Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



430

· CCC· xij ·

Nolite ergo timere multos passeribus pluris estis Dico autem vobis
Omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus et filius
hominis confitebitur illum coram angelis dei Qui autem negauerit
me coram hominibus denegabitur coram angelis dei Off. Exultabunt
sancti in gloria letabunt in cubilibus suis exultationes dei in faucibus eorum
Secreta Munera domine tibi dicata sanctifica et intercedentibus
sanctis tuis pacem nobis placatus impende P. Com. Amen
dico vobis quod uni ex minimis meis fecistis in festis venite benedicti patris
mei possidete paratum vobis regnum ab initio seculi Complete Salutaris
tui domine munere sacrati supplices exoramus ut cuius letamur sustentamur
renouemur effectu P. Gervasii et prothasii mar.
Concedat deus pacem in plebem suam et super sanctos suos et
eos qui confidunt in eum Ad Mandatum Gla. Deus
qui nos annua sacrorum tuorum gervasii et prothasii sollempnitate le
tificas concede propitius ut quorum gaudemus meritis adiuuemur exemplis
Justorum aie in manu dei sunt et non tan. Lib. sapiencie
get illos tormentum malicie Visi sunt oculis insipientium mori
et estimata est affliccio exitus illorum Et quod a nobis est iter ex
terminii illi autem sunt in pace Et si coram hominibus tormenta
passi sunt spes illorum immortalitate plena est In paucis uexati
in multis bene disponentur quoniam deus tempauit illos et inuenit eos
dignos se Tamquam aurum in fornace probauit illos et quasi holocau
sta hostiam accepit illos et in tempore erit respectus illorum Fulgebunt
iusti et tamquam scintille in arundineto discurrent Judicabunt na
ciones et dominabuntur populis Et regnabit dominus illorum in perpetuum Gra.
Justorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie